



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitivm  
Spiritvale Christianae Pietatis**

**Véron, François**

**Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]**

5. Considerationes ad Dei amorem excitandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](#)

externumq; hominem totum compone; ut Angelis, & hominibus nostra nota modestia te Deum Patrem, & quem misisti Iesum Christum, ac paracletū Spiritum glorificet, cui gloria & honor in secula seculorum. Amen.

**D**eus, qui iustificas impium, & nō vis mortem peccatorum; maiestatem tuam suppliciter deprecamur, vt nos famulos tuos de tua misericordia confidētes cœlesti semper protegas auxilio, & assida protectione cōserues; vt tibi iugiter famulentur, nullisq; temptationibus à te separantur; sed constanti virtutū exercitio ad tua promissa currentes, cœlestium bonorum facias esse consortes. Per Dominū, &c.

## PARS QVINTA.

*Considerationes pulcherrimæ hominis mentem ad Dei amorem excitantes.*

1. **D**omine mi, ad hoc creasti me, vt amem te: da mihi vt possim facere, ad quod creasti me.
2. Nimis audax sum ego creatura tam abiecta, quæ petam amorem tam sublimem. Vellem petere aliud humilius, quod meæ vtilitati par esset: sed quid faciam, quando

P do

do tu iubes vt amem te? quando minaris si  
non amem te? quando mortuus es, vt ama-  
rem te?

3. Iubes vt nihil magis petam à te, quām  
vt amem te. Et quidem vīque eo desidera-  
sti, vt amarem te; vt cūm me videres fri-  
gidiūs amare, institueris Sacra menta mi-  
ræ virtutis, vt cor meum transformares in  
amorem tui?

4. Deus meus, quid sum ēgo apud te, vt  
imperes mihi, vt amem te? vt ad hāc tem-  
tam varias, & nouas artes inueneris? Quid,  
inquam, sum ego apud te, nisi calamitas,  
tormenta, cūx? Et quid tu mihi es, nisi sa-  
lus, requies, & omne bonum? Quod si tu  
me talem amas, quomodo ego te talem  
erga me non amem? Indignus sum, qui  
amem te Domine, sed tu dignus es qui  
ameris à me. Concede mihi, vt audeam a-  
mare te?

5. Deus meus, amor ex quo omnes a-  
mores fluunt, cur non absu mor hoc igne  
amoris tui? Deus meus, bonitas ipsa, per  
quem bona sunt omnia, quæ bona sunt:  
quare non amem te, cūm sola amoris ma-  
teria sit bonitas?

Deus meus, pulchritudo à qua omnis  
pulchritudo, quare non amo te, cūm  
pulchritudo sic rapiat omnium corda ad  
sc.

6 Si

6. Si non amo te, propter hoc, quod es in te; cur saltē non amo te propter hoc quod es in me? filius amat Patrem, quia ab illo quod est accepit. Membra amant caput, & pro illo se exponunt periculo; quia ab illo, in eo quod sunt, conseruātur. Effectus omnes amāt suas causas; quae ratio ex omnibus deest tibi Deus meus, ob quam non debeam amare te? Tu mihi dedisti, ut essem, & dedisti mihi perfectiūs, quam parentes mei. Tu me conseruas multò perfectiūs, quam caput membra; quare ergo nō amem te?

7. Discedite à me creaturæ omnes, procul d'scedite à me: nec vos mihi, nec ego vobis rectè coniungor. Si vos seruos & ministros mihi esse voluit Dominus, eritne ratio, ut tu, anima mea, tanquam adultera, fidem frangas tali sponso? prodesne Dominum tuū per illos ipsos seruos, quos tibi concessit?

8. ERGO, D E V S M E V S , cùm omnia tua sint, cur non amem te? cur non tibi tradam totum cor meum? cur non semper ardeam cœlesti tuo igne, ô I E S U dulcis, ô I E S U amor.